

Urso, Giovanni e Rico di Marsico

XXVI 7

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Urso, Giovanni e Rico di Marsico

XXVI 7

1145-04

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo quadragesimo quinto, mense aprilis, indictione octava.

Nos denique Urso de Freda et Iohannes Guerra et Ricus filius Maginolfi de civitate Marsici clarefacimus quoniam presentia bonorum hominum subscriptorum testium voluntarie remedio anime nostre nostrorumque defunctorum parentum animarum redemptione obtulimus ecclesie Sancti Petri Tramutulae quantum nobis pertinuit de terris et arboribus pomiferis videlicet et impomiferis ab ipsa Ray que cognominatur de Puczillo et a capite revoltis de Serebaldus de Preto in tota valle Sancti Petri Tramutulae atque baculi traditione firmavimus eandem ipsam traditionem domno Iohanne Marsici Sancte Trinitatis de Cava monacho una cum advocato suo Maiorano milite filio presbiteri Normanny recipiente ut amodo in antea ipse terre cum omnibus infra se habentibus et possidentibus sint predictae ecclesiae Sancti Petri Tramutulae sine nostra nostrorum heredum ac omnium hominum contrarietate et requisitione omni futuro tempore unde nos predicti Urso de Freda, Ricus et Iohannes Guerra vadium eidem domno Iohanni unanimiter dedimus; eandem cum advocato suo predicto recipienti positis fideiussoribus Roggerio milite filio Riccardy archydiacony et Perrono milite filio Cutunei predictae civitatis Marsici ut iam nec nos nec nostri heredes hanc quam per fustem tradidimus; oblationem disrumpere vel remove seu subtrahere ab eadem Sancti Petri ecclesia queramus nec nos nec per a nobis personas subpositas e si aliquis homo super ipsa sancta Dei ecclesia exinde venerit nos vel heredes nostri defendamus ecclesie predictae ab omni

humana persona quod si taliter facere vel observare noluerimus ut per legem vel causationem cum ius que ecclesia predicta regere vel gubernare videbuntur venerimus modo quolibet vel ingenio obligamus nos et nostros heredes componere ipse ecclesie solidos regales viginti et in publice similiter ipsis districtis fideiussoribus licentiam tribuentibus pignare se et suos heredes per eorum omnia pignare legitime et inlegitime sine calumnia et appellatio donec quod prelegitur inviti impleamus

hanc oblationis traditionis et obligationis cartulam scripsit Iohannes notarius qui interfuisse se confitetur mense et indictione prelati. # Iafridus hoc totum iudex probat ordinem notum # Ego Hildemannusiudex